Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

vel septiformem spiritum
Cornus est arbor cuius fructus
corna dicitur unde cornus
corna genitiva producitur sed
cornua cornu
Corulus huius est arbor nucis
auellane
Cornupeta est animal quod cor-
nu petit penultima correpta et
quibus generis
Cornuta dicebatur facies
moysi propter quosdam radios splen-
dentes quos humanus visus
ferre non poterat ita dicit glosa
Exodi xxxiiii
Cortina ne media producta
est ornamentum templi vel
tabernaculorum i. umbhank
Chorus multa significat quandoque
ponitur pro musico instrumento
sic habetur luce xv et
in psalmo Item chorus dicitur
mensura xxx modiorum
Item chorus est ventus qui
ab occidente flat Item chorus
est multitudo in sacris collecta
Item chorus dicitur locus ubi conuenit
clerus ad dei seruicium Item
chorus quandoque dicitur corona ut

in libro regum legitur quod
puelle ducebant choros
Item chorus mensurat triticum
locus est conuentus et
ordo flat chorus est psal-
lat organice que sonat
Coruscacio onis est sple-
dor fulguris
Coruscus a um i. splendi-
dus fulgens
Cos cotis dicitur lapis qui fru
acuit ad cedendum
Coturnix cis penultima
producta in obliquis est auis
regia quam phisiologus
ortigiam vocat
greiffing ortogometri
est similis auibus que
quasquile vocantur sed
maior et patitur caducum
morbum sicut homo
Crapula le est in-
moderata vacitas
i. cruda epulatio cru-
ditas grauat cor est sto-
machus indigestus efficitur
quandoque ponitur crapula pro ex-
cessu in potu vini
psalmum crapulatus a vino